

1764, 18.

S P E C I M E N
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE
N A T V R A A C V S V
A C T I O N V M V T I L I V M
Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVELIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG. SOCIO
I N A V D I T O R I O P E T R I N O
DIE IV. SEPTEMBER. ANNO C I C I O C C L X I V .
D E F E N D E T
IOANNES WILHELMVS KÜCHELBECKER
BVDISS. LVSAT.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

SPECIMEN

CONTINENS

CHARTA MIRE CONSTITUTARIA

NATURA AC ACTA

ACTIVITATUM MUNICIPALium

6700

LIBRARIAE JOSEPHINI OTHONIS CATIA

CHRISTIANO HENRI BRUNN

1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715.

1716. 1717. 1718. 1719. 1720. 1721.

1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727.

1728. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733.

1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739.

1740. 1741. 1742.

1743. 1744. 1745.



DE
NATVRA AC VSV
ACTIONVM VTILIVM.

§. I.

Satis nota ac vulgaris est diuisio *actionum* in *direc^{tas}*, quibus vel *contrariae* vel *utiles* opponuntur. Patet inde dupli sensu *direc^{tas}* capi, quatenus vel opponuntur *contrariis*, vel quatenus distinguuntur ab iis *utiles*. Nos prioris oppositionis rationes tuto praeter nauigamus, et potius de posteriori quaedam, at breuiter, ut fieri debet, plagulaque permittit, dicamus.

§. II.

Romanorum totum, quantum erat, formularium erat forum, quod eleganter monstrauit HEINECCIVS Orat. de *Iurisprud. formul. vet. Rom.* Quid ergo mirandum suas sibi habuisse *formulas* peculiares, quoties in iure et iudicio ius suum persequabantur. Reserv harum formularum, quarum indefessus indagator BRISSONIUS de *Formul. Pop. Rom.* fuit, origines proxime

A 2

ad



ad tempora Decemuirorum POMPONIVS in L. 2. §. 6. ff. de O. I.
Et ita, inquit, eodem PAENE tempore tria haec iura nata sunt:
*Leges duodecim tabularum, ex his fluere coepit ius ciuile: ex
iisdem LEGIS ACTIONES compositae sunt.* Falsus ergo mihi
videtur BACHIVS in Hist. iur. p. 233. qui Appium Claudium
Crassum vel Centumanum et Coecum dictum autorem facit,
probaturus id verbis POMPONII c. l. §. 7. quem putat scripsisse:
*Postea cum Appius Claudius composuisset et ad formam redegisset
has actiones etc. vbi in Florentina Editione proposuisset scriptum
legitur.* Mala sane probandi ratio quae fit verbis autorem emen-
dantibus. Mihi profecto verborum sensus plane aliis videtur.
Quomodo enim dicere potuisset Pomponius historiam suae ar-
tis scribens cui vel obinde maxima fides debetur: *Eodem paene
tempore, si elapsō demum seculo et amplius tandem formula-
rum cultus coepisset.* Arbitror itaque Appium Claudium illum
Coecum *ex Pontificibus constitutum qui praeceperit priuatis scil.*
causis, et proposuisse tunc interrogantibus formulas, quas ad for-
*mam seu ordinem redigisset, vt deinceps Cn. Flauius, Flauiani
Iuris autor, populo eas edere clam subreptas potuerit.*

§. III.

Erant ergo Romanis actiones certae formulae solennes, qui-
bus intentionem suam coram magistratu proponebant, quae
vñ demum tam sanctae factae videbantur, vt nullam mutationem
forum pateretur. Est inde, vt Romanis actiones separatum
iuris obiectum essent. Neque ergo mirum, *formulam* haud raro
cum *actione* tanquam synonymū adhiberi a ICtis, vt patet ex
Marciano, qui ad formulam i. e. actionem hypothecariam scri-
psit. Erant ergo hae actionum formulae ad certa themata seu
causas conceptae, quae si adhibebantur, *directae* appellabantur
actiones, quasi formulae in iis causis in quas conceptae erant
seu *directae*, applicatae.

§. IV.



§. IV.

Seruabat subsequens aetas has formulas in suas causas directas; at ut saepe sieri solet in rebus humanis, ut negotia antea incognita a ciuibus suscipiantur atque peragantur, ita apud Romanos quoque contigit, ut nouis existentibus causis deinceps formulae deficerent, quibus agerent, qui sibi ius aliquod competere arbitrabantur, vel alium sibi haberent obligatum. Neque videntur Icti Romani, nisi quae post Appii tempora conceptae sunt, quas Aelius Catus cum populo communicauit, nouas conscriisse agendi formulas; potius variis modis hunc defectum actionum seu agendi formularum supplere studuerunt. Aut enim Praetor ipse formulam edicto comprehendit, quae *praescripta verba* dicebantur, aut formulam in thema certum conceptam ad aliud thema, in quo rationis identitas deprehendebatur, applicabant, quae dein *vitis* dicebatur actio.

§. V.

Vitis ergo actio, non erat Romanis alia, quam formula de themate ad thema extensa applicataque. Patet id maxime ex iis actionibus, quae vel contra curatores minorennum vel ipsis curatoribus dabantur. Antiquis enim temporibus, cum minorennes curatores non acciperent, fieri non poterat, ut ex ea obligatione Icti formulas conciperent. At vbi postea Lex Laetoria curatores minorenibus petentibus ex iusta causa dare concessit magistratibus, (arbitror enim non tantum hanc legem dementibus ac lasciuis minorenibus, sed omnibus huius generis siue maiores siue minores fuerint, curatores dandi facultatem Praetori dedisse, imo potius forsitan singulari capite etiam permisisse, ut Praetores petentibus minorenibus, si causam reddidissent, curatorem darent:) si contra curatorem agere vellet is, qui vel maior factus, vel resipuerat, vel frugi factus fuerat, formula haud aderat, qua experiri poterat. Cum autem ea ipsa

A 3

causa,



causa, quae minorenni esset, agendi contra tutorem, videlicet, ut rationes redderet, bona restitueret cum omni causa et dampna sua culpa data restitueret, esset quoque maiori aduersus curatorem, applicabant hanc formulam in tutelae administrationem conceptam etiam in causa curiae, vnde et nomen tutelae directae utilis nomen nacta est, quum ea, quae contra maiorenem daretur ex ea ipsa causa tutelae contrariae utilis nomine compellaretur.

§. VI.

Latebat itaque vnicarum differentia directae utilisque actionis in ipsa formula huiusque applicatione, effectu vero vtraque non differebat actio, quod et recte affirmat PAVLVS L. 47. §. 1. π. de negot. gest. quem locum male corruptum aut potius a Triboniano ad sui temporis iura mutatum interpretantur RITTERHVSIVS ad Paul. Recept. Sent. L. I. T. IV. §. vlt. WISSENBACH. in Emblem. Tribon. ad b. l. SCHVLTING. ad Paul. loc. cit. et Corn. V. ECK ad T. π. de iudic. §. 10. Defendit fatus Paulum WYBO in Tribon. ab Emblem. defens. p. 240. Quae vero fori romani fuerint differentiae inter directam utilemque actionem, praeter FREHERVM Verosimil. L. II. cap. vlt. expousit quoque VAVDVS in Quaest. iur. ciu. L. I. cap. 42.

§. VII.

Neque tamen vera et generalis semper est opinio CHARONDAE in Not. ad Vlpiani fragm. T. XXVIII. §. 12. n. 37. qui putat vulgo utiles dici eas, quas fiditias appellauerat Vlpianus. Eiusdem opinionis esse videtur SCHVLTING. in Not. ad eund. Vlpiani loc. At vero si bene attendimus aliam esse actionem quae Praetoria hereditatis petitio vocatur, quae diuersa ab utili hereditatis petitione, quae hereditatis emtori dabatur. Differentiam inter utiles et fiditias illam arbitror. In fiditiae actione directa adhibebatur formula, quod ut fieri posset, filio Praetoris interuechiebat,



7

niebat, quod ex *Vlpiani* verbis patet: *in quibus heredes esse finguntur, in utilibus vero formula directa ad aliud thema applicatur.* Nunquam enim vbi emtor hereditatis contra tertium possessorem utili actione agit, vel a creditoribus testatoris convenitur, heres fingitur. Neque memini vnuquam cum *tutelaq; directa utilis actio* vel *contraria utilis instituitur, curatorem fingi tutorem et minorenem fingi impuberem.* *Fiducia actio ergo* fingit aut fingendo tribuit alteri qualitatem, quo possit *directa adhiberi formula, at vero utilis actio formulam ob rationis et obligationis identitatem ad aliud thema applicat.*

§. VIII.

Cessauit tandem in iure Romano ille sanctus *formularum* cultus, et sic cessauit cum eo differentia quae inter *directas* interque *vitiles* interueniebat actiones. Factum id videtur sub Constantio *L. I. C. de form. et impetr. actione*, ita sane probante *Iac. GOTHOFREDO* in *Comment. ad L. vlt. C. Theod. de studiis liberat. Vrb. Rom.* qui Constantio hanc Constitutionem vindicat. Neque tamen sibi constans est Gothofredus, qui in *Comment. ad L. vn. C. Theod. de omis. actio. impetr.* Theodosium iuu. eum vocat, qui formulis in foro et actionibus repudium miserit. Caeterum siue sub Constantio siue sub Theodosio iuniore formulae in desuetudinem abierint, id saltem exinde sequitur, veram utilium directarumque differentiam amplius obseruandam non fuisse, quippe Iustiniani aetate magis ad obligationem et ius competens, quam ad verborum subtilitatem superuacuum respiciebatur.

§. IX.

Quod si itaque ad fori rationes hodiernas demum veniamus, non quidem negari poterit utilis directaeque actionis nomina quotidie in foro obstrepere, inque iure Consultorum libris occurrere. At sane cum apud nos omnis omnino formularius ille



ille cultus cesseret, neque in actionibus nostris instituendis ad aliud quidquam respiciatur, quam ad fundamentum illius verum, quod vel in iure, vel in obligatione positum est, siue mediata sit siue immediata, praeteraque clara atque perspicua causae controversae enarratio requiratur, sane non praeuideo, quemnam usum haec actionum distinctio, quemnam effectum habeat. Fac agere maiorenem factum contra eum qui curator fuerat ad damna in administratione facta resarcienda; quaero: quae alia obseruabit, quam quae obseruaret minor, si agere posset directa tutelae actione? Dabimus aliud thema. Agat Titius confessoria actione directa, hoc est, sibi in alterius fundo seruitutem aliquam competere: Fac Pastorem ecclesiae utile agere confessoria contra parochianos ad decumas consequendas, qualis erit differentia? Sane praeterquam quod Titius aiat: Sibi *ius* seruitutis exercendae competere in rei fundo, et contra Pastor adserat; sibi *ius* decumas exigendi competere, quod fundamentum est actionis et dein petitionis verba aliquantum immutata, nihil habes in qua differentiam notes. At vero distinguuntur tamen adhuc nomine et prior directa confessoria altera utilis nominabitur! Largior. Sed ita nominatur seruatis ex iurisprudentia romana actionum nominibus, non vero formulisi, quibus summa differentia notabatur. Non ergo dubium est, apud nos nomina utilium actionum, non causas et rationes obuenire posse, ob nunquam inter nostrates receptum formularium studium. Hinc si *actionem utilem* vocamus, id idem est, ac si dicamus, illam quam nos instituimus *actionem*, si in foro romano formulario illo instituenda esset, *utile formulae actionis directae* applicacione id peragendum fore, et hinc eam *actionem utilem* nominandam suisse.

T A N T V M .

Leipzig, Diss., 1764



3

f

TAZOL

nur 31. Stck. Bücher verknüpft

VD18

1764, 18.

S P E C I M E N
C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

N A T V R A A C V S V

A C T I O N V M V T I L I V M

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. P V E L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G. S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E I V. S E P T E M B R. A N N O C I O I O C C L X I V.

D E F E N D E T

I O A N N E S W I L H E L M V S K V C H E L B E C K E R

B V D I S S. L V S A T.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

